UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De s[an]cto aphrodisio ep[iscop]o [et] co[n]fes. Cap[itulum]. ccxviij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

die altero ita illeſus inuentus eſt: vt nec caro
eius: nec extrema veſtimenta vllo modo crema
rentur. hec Grego. iij. dialo. cap. xviij.

¶ De ſancto Serapione abbate. Cap. ccxvij.

Serapion abbas vt
in octauo libro hyſtorie triparti-
te: ꝛ in vitis patrum habet: fuit
in regione arſenoite pater decez
milium monachoꝝ: de labore ma
nuum victum querentiū quotidianū. Tempore
autē meſſis omnes ad metendū precio condu-
cebātur: ꝛ quicquid acquirere potuiſſent indi-
gentibus regionis et alexandrie carceratis ac
peregrinis in eorū neceſſitatibus expendebāt.
Hic tēpore iuuētutis exiſtens monachus: poſt
menſam cōmunem panē furabatur: quam ſero
latenter comedebat. Tandē ad coꝛ rediens: ab
bati peccatum confeſſus eſt: moxq́ʒ ex ore eius
quaſi flamma ignis egreſſa fetorem ſulphureū
exhalauit. Hic ſola vnica ſyndone amictus: pa
ne tantum pro cibo ꝛ aque potu contētus: nihil
aliud quotidie ſumebat. ¶ Cum aūt ſemel ami
ctum ſuum pauperi tribuiſſet: ꝛ alteri nudo ob
uians tunicā dediſſet euangeliūq́ʒ tenens nu-
dus ſederet. Interrogatus quis eum expoli-
aſſet: reſpondit: ꝙ euangelium quod tenebat.
Alias inſuper pauperem tertium videns euan
gelium ipſm vendidit: ꝛ pauperi precium dedit:
dicens ꝙ euangelium omnia precipit vendi: et
pauperibus dari. Seipſm ergo euangelium vē
di mandat. ¶ Alio tempore exiſtens in quodā
oppido paganorum: ſeipſm eis vendidit: quos
poſtq́ʒ verbo et exemplo conuerterat: reddito
precio ab eis receſſit. Hoc idem fecit in lacede-
monia apud athenas: ſeipſm vendens vni pri-
mario ciuitatis: vt ipſum conuerteret: quod et
fecit. Dormiuitq́ʒ in pace duodecimo kalēdas
aprilis alexandrie tumulatus.

¶ De ſctō aphrodiſio epō ꝛ cōfeſ. Cap. ccxviij.

Aphrodiſius genere
egyptius prefectus toti⁹ egypti
erat tempore quo puero ieſu egy
ptum fugato: ꝛ in tēplo deorum
delato idola omnia corruerunt.
Quod cū aphrodiſius tunc prefectus audiſſet
ad phanū in quo ſimulachra euerſa fuerant ac-
ceſſit: ꝛ viſo puero ieſu eū adorauit: ipſmq́ʒ vna
cū parentibus a furore pontificum idoloꝝ eos
in deorū ſuorum vltionem occidere volentiū vi
riliter defenſauit. Et extunc in xp̄m quaſi per
ſomniū credidit. Sed poſt aſcenſionē domini
cum predicatio euangelij ad egyptum perue-
niſſet: prefecturam deſerens antiochiam venit:
ꝛ ibi baptizatus atq́ʒ beati petri diſcipulus fa-
ctus eſt. Cū quo poſtmodū romā iuit. A quo et
directus eſt ad gallias predicādas. Qui etiam
ibidem ſancto paulo ſergio epō narboneñ. ſe
aſſociauit. A quo ordinatus bituricenſis epus
ad ipſam ciuitatē deuenit: vbi multo tp̄e officio
p̄dicatiōis inſiſtēs ꝛ miraculoꝝ glīa refulgēs:
oēm pplm eiuſdē vrbis xp̄i noī ſubiugauit. Et
ꝟtutib⁹ ac etate matur⁹ in dn̄o ꝗeuit. xi. kal. ap
lis. Et ſepult⁹ eſt in eccl'ia ſua ſignis clareſcēs.

¶ De ſctō Victoriano martyre. Cap. ccxix.

Victorianus adru-
mētine ciuitatis nobilis: vt di-
cit aphrican⁹: a quodā ꝓcōſule
carthaginis q̄ null⁹ in ꝑſecutio
ne eccl'ie durioꝛ fuit: dū idolis
īmolare cogeret: ꝛ oīno renue-
ret. p̄mo reb⁹ ſpoliat⁹: deinde tātis tormētorū
generib⁹ cruciat⁹: quāt⁹ hūanus ſmo nō pote-
rit explicare: feliciter tripudians martyriū in
eadē vrbe ꝯſumauit. x. kal. aplis. ħ aphrican⁹.

¶ De ſanctis Frumentio ꝛ alio frumētio
martyribus. Cap. ccxx.

Germani duo quorū
vterq́ʒ frumētius vocabat aquiſ-
regieñ. in ciuitate oriūdi apud ta
badeñ. oppidū paſſi ſunt. Qui ſi-
bijnuicē iurauerūt tortores roga
re: vt ſemp̄ pari ſupplicio torquerentur. Tenti
igitur a paganis cū die integro pēderēt ſuſpē
ſi molis in pedibus alligatis: vnus eoꝝ ſe depo
ni petijt: ꝛ inducias ſibi dari. Sed ab altero cō
fortatus: ꝛ penitens tortores rogabat: vt lapi-
des maiores adijcerēt. Deinde ambo laminis
ignitis eſtuati: ꝛ poſt hec vngulis exarati: mul
tis quoq́ʒ cruciatibus vexati: ab ipſis tortorib⁹
tedio derelicti: et a facie eoꝝ proiecti ſpiritum
dn̄o reddiderunt. x. kalen. aprilis.

¶ De ſanctis duodecim infantulis
martyribus. Cap. ccxxi.

Duodecī in
fantuli apd̄ aphri
cā ſub ꝑſecutione
vādalica paſſi ſūt.
Qui ab arrianis de nūero con
feſſorū xp̄i ſegregati: nō ſpū:
ſed corꝑe: ſuggerēte q̄dā teu
chario heretico: q2 ipos noue
rat ad cātilenā vocales ac ſtre
nuos: carthaginē deducti ſūt:
vbi primo: q2 pueruli blādicijs ſuaſi: dū arria-
ne fidei conſentire nollent: duriſſimis verberi-
bus tādiu ceſi ſunt: quouſq́ʒ ſpiritū emiſerunt:
ibidemq́ʒ quaſi in numero apoſtolorū ſepulti.
Quorū exēplo duo negociatores quoꝝ vterq́ʒ
frumētius dictus eſt: ꝛ quinq́ʒ eiuſdē monaſte-
rij fratres: ſcʒ liberatus abbas: bonifacius dia
conus: ruſticus ſubdiaconus: rogatus: ꝛ maxi-
mus monachi pro fide catholica martyriū ptu
lerunt. Qui paſſi ſunt. x. kalen. aprilis.